

Justina Sape:

NE QUAERATIS EAM, AMICI!

Ne quaeratis eam, ne percontemini, amici!
Solutus sum penitus, sed tamen haud doleo.
Iam cantemus, id est melius; contentus, amici,
Tantum pro nobis nunc resonet placitus!
Quod dolet atque movet tristes animo cruciatus,
Obliviscendum est, quodque facit memorem.
Ne quaeratis eam, minime quaeratis, amici!
Hoc mihi tempore sunt mortua praeterita.
Omnia, quae nos cumque ligant, abscindimus, ista
Inter nos quae iam diruta vincula sunt.
At quo finis abest cunctorum longius horum,
Sic magis eo graviusque haec meminisse dolet.

Ne quaeratis eam, minime quaeratis, amici!
Est ea nunc animae mortua virgo meae.
Ad finem iam fortunae calices vacuemus,
Mecum omnem noctem permaneat item!
Restare hic hanc vesperam ego minime volo solus,
Nam ne quaeratur tunc ea virgo mihi.
Ne quaeratis eam, nolite exquirere, amici!
Sic iussit nec non vita ferox voluit.
Cantemus nunc — sitque dolor — contentus, amici,
Solum pro nobis iam resonat relevans!
Atque meum si pollet adhuc cor semper amare,
Non est ultima nox nec erit ultima lux.

Ljubljana.

Vertit: S. Kopriva.